



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Initium Sapientiæ & Finis: Timor Domini, & Amor Dei: Seu  
de fuga peccati, deque dilectione summi boni**

**Comitin, César Jean-Baptiste**

**Coloniæ, 1709**

Angelus Custos Clienti Suo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50773](#)



## ANGELUS CUSTOS CLIENTI SUO.

**E**cce libellos geminos , mi amantissime Cliens , quos eo animo accipies , quo à me tibi offeruntur. Mole equidem parvi sunt; attamen tu , si me amas , sedulò legendo & expendendo , eosdem extendes in sacula infinita. Vidisti , scio , alias priorem , sive *Epistolam paræneticam* , de fugâ peccati , toties typis expressam , semperque laudatam : nunc illius quoque Auctorem disces , uti & scriptam ab hoc uni è suis discipulis ; in cuius deinde , idem secum vita genus amplexi , gratiam , lucubrationem alteram de amore Dei adjecit. Ipsūmmet audi.

*Habes , Adolescens Virque optime , (utrumque nomine , cum unus sis ; quia illi uni utrique scribo diverso tempore ) habes gemellos à me fætus , TIMOREM & AMOREM , initium Sapientiae & finem ; quos eodem quidem partu , eodemque loco , non eadem atate tamen , enixa*

30! 4)

tibi CHARITAS: alterum olim , ad pedem  
montis Sinai , sumante adhuc vertice , partu-  
ravit ; alterum modo , te jam maturo , meque  
canescente , flamas inter , igneumque Sionis  
imbrem , longe suavior effudit ; utrumque ad  
rectam morum tuorum institutionem . Utet ,  
si me audis , vel utroque , vel alterutro , com-  
modo tuo ; ita tamen , ut aurea torqui ferrea ,  
serico seta præcedat , hoc est , amor timor , sic  
enim monuit Augustinus . ( In Psalmum 149 . )  
sic & Christus : [ Matth 10 . ] Timete eum ,  
qui potest perdere in gehennam . Amabis , si  
timebis : est enim , est Sapientiae radix timor ,  
fructus amor .

Hæc Auctor illi , hæc ego tibi , Dilecte  
mi . Utrumque , in modo Cælum omne , mirificè  
tibi demereberis , si ope ac operâ tuâ libelli  
isti à pluribus legantur .



INI.